



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

B. VValtho seu Balto Abbas Ad VVessonis Fontem Cvm B. Thientone M. Et
Sex Sociis MM.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

B. VVALTHO seu BALTO
 ABBAS AD VVESSONIS FONTEM CVM B.
 THIENTONE M. ET SEX SOCIIS
 MM.

D. C. LV.
 Ex M. S. Andecensi
 de SS. & VVessenbrun-
 nenſibus, M. SS.



Huius vitam habes
 vol. 1.

Inter Tegerſenſes ab-
 bates nullum lego no-
 mine Beatum, niſi
 fortaſſe nomen exci-
 dit, quod factum pu-
 to. Nam a condito mo-
 naſterio per annos ce-
 rum ſexaginta no-
 vem tantu poſiti ſunt
 quatuor abbates, &
 verosimile eſt plures
 fuiſſe. Auentinus
 certe quintum addit
 Meginhardum. Li.
 ceat ergo nobis ex an-
 tiquis hu chartis ad-
 dere ſextum Beatum,
 quem re & nomine
 auctor appellat Beatus.

Cœnobio Montis S. Andecenſis MS. accepi volumen
 de Sanctis in quo præter alia de hoc VValthone & non-
 nullis legi, quæ ad verbum adſcribenda putavi. In Ba-
 uariæ partibus monaſterio quod dicitur VVeſſenbrunnen ſancto
 Petro Apoſtolo dedicato ibidem fuit abbas quidam VValtho no-
 mine, qui in vita ſua aquam mutauit in vinum in vitro exiſtenti magno. Hic
 etiam poſt mortem claruit miraculis. Illud autem vitrum in huius rei memo-
 riam teſtimonium ac indicium ſanctitatis eius adhuc in eodem ſeruatur monaſte-
 rio. Item non longe ab eodem monaſterio ad tres leucas reſidebat Comes quidam
 plurium caſtrorum dominus nomine Razzo, qui relictis huius ſeculi pompis eſt fa-
 ctus monachus conuerſus, in monaſterio ſuo quod ipſe fundauit ad honorem apo-
 ſtolorum Philippi & Iacobi apud caſtrum ſuum Razenbergin quo cœnobio vitam
 ducens cœlibem, quieuit in pace, & uſque in diem hodiernum pluribus miraculis
 coruſcat. qui locus appellatur in VVerd. Quod cœnobium poſtea ab inuasi-
 bus eccleſiæ, duce uidelicet Noricorum Arnolde cum multis alijs eccleſijs & mo-
 naſterijs deuſtatum eſt. ſed poſtea eccleſia illa reedificata fuit. Similiter et-
 iam fundatores cœnobij Tegerſenſis Albertus & Utcarius fratres eius mona-
 chi inibi poſt mortem eorum fulſere miraculo quod dæmoniacus quidam ad ſepul-
 chrum eorum liberatus eſt. Similiter eiſdem monaſterij quidam abbas re &
 nomine Beatus, a Deo ornatus eſt miraculo, nam cæcus quidam ad eius monu-
 mentum illuminatus eſt. Item & Simpertus ante epiſcopatum fuiſſe dignoſci-
 tur in monaſterio Maurbacenſi, cui præfuit ſub B. Patris Benedicti regula, qui
 etiam uſque hodie multis claret miraculis in prædicta ciuitate Vindelica Augu-
 ſta in monaſterioque Sanctorum VValrici & Afri: nemque in eodem cœnobio
 Auguſtenſi fuit Reginobaldus primus abbas eiſdem loci poſtea Epiſcopus Spirenſis
 factus, qui etiam claruit miraculis. Item & Thoto fundator & abbas I. cœno-
 bij in Octimpura. Etiam in eodem monaſterio Auguſtenſis diœceſis claruerunt
 multis miraculis & ſignis abbates venerabiles Rupertus, Bernoldus, Iſgerinus,
 Conradus & Athon inclufus ibidem fuit; de quibus leguntur glorioſa facta tam in
 vita ſua quam poſt eorum obitum felicem.

De VValthone porro ex tabulis M. SS. VVeſſenbrunenſis cœ-
 nobij hæc tranſcripſi. Notum autem ſit omnibus S. VValthonem (ſic enim
 nominat

B. WALTHO.



Ter hinc fontis quondam rubore metreta,
 Apposita domino cum satiore dapes,
 Virga Walthoni pariter quoque paruit una,
 Cuius ad imperium mox liquor erubuit.

Ante tamen prestat domini vestigia Waltho
 Expressitque sua religionis Deum.
 OMNIA PARENTI PARENT fluit as, riget una,
 Stat cælum, medio nox hebet atra die.

Y 4

nominant

dominant illum veteres rerum diuersarum catalogi) huius monasterij & loci VVessobrunensis abbatem à primo decimum tertium mira abstinentia & omnium virtutum exercitio & vixisse & virum fuisse pium, deuotum & presulem omni sanctitate plenum. Idem reuerendus in Christo & sanctus pater, cum sui regiminis tempore, monasterium adeo vini penuria laborasset, quod sacerdotes minime sacra facere possent, misit tandem accersitum ad se famulum, cum vitro amplo & albo & nodulis caruleis affabre ornato ad fontem VVessonis pro aqua apportanda, quam ubi signo sacrosanctæ crucis signasset, & benedixisset, mox aquam vinum factam, idem famulus gustauit, & presbyteris ad Missas celebrandas tradidit. Electus fuit anno Domini 1129. presuit monasterio 26. annos & tres dies, & postquam plurimas molestias perpeffus fuisset à nobilibus & ignobilibus bona monasterij inuadentibus, pie in Christo non sine opinione sanctitatis obiit ipso festo S. Ioannis Euangeliste. Primum sepultus est in introitu capelle S. Nicolai, proinde ne tam Sancti viri reliquie vulgi tererentur pedibus, corpus eius magno honore leuatum & in medium Ecclesiæ maioris retro altare omnium Sanctorum translatus est, & sepulchrum magno lapide obductum, circa quem octo magnæ candelæ adhuc habentur & videntur singulis festis diebus accense. In huius rei memoriam posteris recolendam vitrum adhuc, vt alia sacra, vasa monasterij in sacristia reſeruatur.

Codex habet 27. annos. Sed catalogus abbatum 26.

Insuper Thiento abbas nonus huius loci, anno 15. cccc. xliii. electus temporibus Ottonis primi & S. Valrici Episcopi Augustensis, martyrij coronam etiam cum alijs sex fratribus suis per decollationem capitis ab Vngaris eo tempore prouinciam Boariam mire vexantibus & deuastantibus, adeptus est, in loco non procul à cœnobio disito qui lingua vulgari vt antea, VVessesbrun appellatur, quo in loco sepultura omnes simul traditi sunt. In huius facti signum erigebatur paulatim à Christi fidelibus capella lignea, quam ante nouem annos R. Dn. Benedictus abbas huius nominis II. pie memorie deposuit, Zelo diuino permotus, & nouam de lateribus extruxit, quam proinde noster modernus Reuerendus in Christo pater & Dn. Georgius abbas XLVI. cuius regimen Deus Opt. Max. fortunare semper velit, ante tres annos consecrari à Reuerendissimi Episcopi Augustani R. Dn. suffraganeo summoſpere sollicitauit, & consecrari in honorem S. Crucis fecit. Ipsi autem SS. Martyres ab eo loco translati requiescunt modo in vno monumento in basilica B. Mariæ Virginis prope maiorem Ecclesiam SS. Petri & Pauli Apostolorum consepulti.

In catalogo est XLVII. & Gregorius, nō Georgius scribitur.

Et quemadmodum supradictus S. Waltho & reliqui septem martyres hactenus vsque nondum fuerunt in sanctorum numerum relati, ita & maiores nostri & antecessores nihil de illis in choro peregerunt, nisi quod pia corda fecerunt illorum vitæ sanctitatem & sanguinis pro Christi amore effusio-

nem summis suspirijs procul dubio sepe sepius recordando.

S. HART.